



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Parallelia Geographica Italiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 5. Peligni.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13120

Marrucinorum : hodie Chiéti, vel Ticti.

ATERNVM : Pescara; sic dictum à Fl. cui adiacet commune Marrucinorum, & Vestinorum, immo & Pelignorum emporium, ut ait Strabo lib. 5. dicitur aliter Ostia Aterni; incolæ Aternenses, & Aternensis ager.

NVM. 4. Frentani, hodie partie de l'Abruzzo Citerieure,
& de la Capitanata.

V R- B E S	ORTONA : hodie <i>Ortona</i> , Straboni <i>Orton</i> Frentanorum ut vocat <i>Enīsor nauale</i> , priùs eidem dicta <i>Petra Piratarum</i> , qui domicilia sua hic ob naufragia constituebant, & in reliquâ vitâ belluas imitari ferebantur.
	FRENTONIUM : hodie <i>Guaſto d'Amone</i> .
T A- N O-	ANXANVM, incolæ Anxani Plinio : vulgò <i>Lanciano</i> , & <i>Lanzano</i> ; certè ex eius ruinis condita.
	RVM.
F L V- M I N A	LARINVM : vulgò <i>Larina</i> ; municipij Larinatum sèpe meminit Tullius pro Cluentio.
	Cliternia : Cluero hodie <i>Campo Marino</i> .
F R E N - T A-	Sagrus : hodie <i>Sangro</i> , & <i>Sanguine</i> , Frentanos à Pelignis disterminans, ait Strabo.
	Triniius, hodie <i>Trigno</i> .
N O- R V M .	TIFERNVS : <i>Biferno</i> , tandem limes Frentanorum, & Apulorum constitutus.
	FRENTO : <i>Fortore</i> , primus limes Apulorum & Frentanorum.

NVM. 5. Peligni, hodie partie de l'Abruzzo Citerieure autour de Sermona, entre les fleuves de Pescara, & de Sangro.

CORFINIVM, gentis Pelignorum caput Straboni lib. 5. & Velleio lib. 2. hanc urbem Marsico bello, seu Sociali populi illi selegerant loco Romæ, & ITALICAM appellarent: celebratur quoque obsidione Domitij à Cæsare. Stabat adhuc anno 970. ut habemus ex Sieberto. Tandem concidit, & ex eius ruinâ crevit vicinum oppidum Populum *Popolo*; Corfinij rudera ostenduntur circa Pentinia, ut ait Leander.

S Y L M O , nunc *Sulmona*, & Sermona, Straboni Σύλμονα Ouidij

patria, vnde ille *gens mea Peligni regioque domesticæ Sulmo*: de eius conditore lege Silius lib. 9. quid passa sit à Sylla vide Florum lib. 3. cap. 21.

Superequum, vnde incolæ Superequani Plinio, alias Pelignorum caput: hodie *Palena*, in quo nomine quidam vestigia quærunt nominis Pelignorum qui Paleni dicuntur apud Diodorum Siculum; sed nodum in scirpo quærunt.

N V M. 6. *Marsi*, hodie partie de l'Abruzzo Ulterieure autour du lac Celano, iadis *Fucinus*.

V R-	<i>MARRUBIVM</i> , seu Marruum caput Marsorum: hodie <i>Mornea Cluuerio, Marno Leandro</i> .
B E S	<i>ALBA FVCENTIS</i> , corruptè Alba-Fucelis Ptolemæo: hodie <i>Albe</i> , seu <i>Albi</i> ; Alba olim ἀπλῶς dicta; incolæ Albenses & Albeses, vnde Albesia scuta Festo, sive que distincti ab Albanis Albæ longæ; à Romanis dicitur condita à Strabone, qui eam in scopulo locat ad lacum <i>Fucinum</i> , Liuius tantum eam Rom. Coloniæ facit. A quibusdam tribuitur <i>Æquis</i> , à nonnullis & Latio.
M A R -	
S O -	
R V M .	

L A -	<i>FUCINVS</i> : hodie <i>Lago Fucino</i> , sed communius <i>Lago di Celano</i> , ab oppido ei apposito. Lycophron hunc Phorcen vocat: in eum Fl. Piconia influit, ut vocat Plinius, Pitonium Lycophroni, Sequestro Pitornium, hodie <i>Giouenco</i> , ut suspicor ex nomine quod ei Leander affinxit <i>Iuuenens</i> ; quod ineptè substituit pro Plinij, <i>inuestus</i> . Hic fluuius emissus è Fucino mergitur, oriturque in agro Tiburtino, & Marciam aquam facit, ut ante diximus in aqueductibus Rom. Lacum illum. an. V. C. 794. emisit Claudius Imp. in Litim monte partim exciso partim effosso ad 3. pass. mill. hominum 30. millibus, totis annis vndecim laborantibus: de quâ emissione vide Suet. in Claud. Tacit. an. 12. Dionem lib. 40. Hunc iterum emisit Hadrianus, ut ait Spartanus. At iam hoc emissarium sic obturatum est, ut ubi fuerit nesciant indigenæ.
C V S .	

N V M.